

X 1996436

X 6  
234

Gratulatio ευχαριστη.

IN NATALEM

SABINÆ, SEPTIMÆ

NYMPHÆ ANHALTINÆ, NATÆ

Dessauij VII. Idus Nouembr : horam inter

octauam & nonam Antemeridianam : Patre

illustrissimo Principe, ac Domino, Domino

IOACHIMO ERNESTO, Príncipe

Anhaltino, Com : Ascaniæ, Dominoq; Ser-

uestæ, & Bernburgi : &c. Et Matre

Eleonora, illustrissima Heroïna

VVirtenbergica &c.

Anno Christi

M. D. X X C.

*Autore*

M. VVOLFGANGO AMLIN,

go, ministro Ecclesiæ Seruestanæ.



ANNO M. D. L X X X.



# ACROSTICHS ETEOSIXOS DICOLOS IN

NATALEM SEPTIMÆ ANHALTINAE  
Nymphæ, filiæ Illustrissimi Principis, ac Domini, Ioachimi  
Ernesti, Principis Anhaltini, Comitis Ascaniæ, &c. susceptæ  
ex Illustrissima coniuge Eleonora, Heroïna VVirtenbergi-  
ca: &c. natæ Dessauj, >. Idus Nouembr: horam inter  
VIII. & IX. antemeridianam: Anno voti Ele-  
ctorum: Veni Domine les V, ô Rex  
g Lorlæ Veni. Apoc: 22.



*S*ancte pater, numero Deus Vne, Sed ordine Trine:  
*A*lma patris soboles, spiritus alme patris.  
*L*ucis inaccessæ Rex incola, conditor orbis:  
*V*erax, & iudex, caste, benigne, potens.  
*A*eternæ, Vitæ fons, vnica causa salutis:  
*T*erribilis que malis, præsidiumque bonis.  
*O*mnia, qui premis imperio, nutuque gubernas:  
*R*esque hominum liber vindice lance regis.  
*N*umine cuncta tuo, quicquid sumus, esse fatemur:  
*O*ppressi nisi quòd crimine, noxa sumus.  
*S*uscipe quas magno tenues pro munere grates  
*T*er bone, nostra tibi rauca Thalia canit.  
*E*xtat inexhaustæ rursus bonitatis abyssus,  
*R*ore fouens plantas Ascanis irriguo.  
*V*irgineis nouus Ascanidum quia flosculus hortis  
*E*xplicuit roseas ore rubente genas.

A ij

Res

R  
es vocat ista pijs prisci documenta fauoris  
V  
era Dei in mentem, perpete digna choro.  
S  
ed quia non fas est, numeris comprehendere paucis.  
D  
ona, quibus cumulat nos manus alma Dei:  
E  
xpedit interea, quæ sunt magis obuia, leni  
V  
ersu, quòue datur concelebrare modo.  
S  
unt tria, recta fides, pax aurea, regia proles:  
E  
quibus Ascanio profluit omnis honor.  
T  
estis erit quondam vel linea sera nepotum,  
V  
el præclara  $\chi\rho\acute{o}\nu\upsilon$  filia testis erit:  
E  
sse fidem rectam, qua personat Ascanis aula,  
R  
eliquias sanæ religionis habens.  
V  
ana sed opponi, specioso nomine picta,  
S  
omnia, quæ veri cassa vigore ruent.  
H  
inc Ecclesiolam cingit pax aurea nostram:  
O  
 quantum pax est cum pietate bonum.  
M  
ens nos vna regit, cor vnum, spiritus idem:  
O  
mnibus his fruimur Christe favore tuo.  
A  
spiras roburque animis, & pectora firmas,  
N  
e metus incautos, vel dolor abripiat.  
H  
alcyon veluti ponens in littore nidum,  
A  
maris est rabie, præside, tuta, Deo.  
L  
arga tuæ nostras sic res miseratio dextræ  
D  
efendit, moderans atria, templa, scholas.  
V  
ltra hæc, Ascaniam cõmendant germina stirpẽ,  
B  
landa que fœcundi pignora coniugij.

Ille

**I**lla regent patriam pacatam legibus equis:  
**Q**uas sequitur constans posteritatis honor.  
**V**itis ut expandens fecundo palmitē plenos  
**I**n latus omne domus spargit amœna botros:  
**T**ales Heroina racemos explicat, vxor  
**A**scanis, & patriæ germina grata parit.  
**T**res Nymphas, & quinque duces videt inclyta  
**I**nstar oliuarum, pignora vina tori. (mater,  
**S**ed Nymphas addit quatuor, duo fulcraque gen-  
**EX** socia vitæ, nata, priore, pater. (tis:  
**I**s fructus sequitur constantes iuris, & equi  
**T**utores, quos non ventus inanis agit.  
**I**lla est Ascaniæ benedictio regia stirpis,  
**V**t patrias cingat pulchra corona dapes.  
**M**agne pater Solymæ, Rex inclyte Christe Sionis,  
**E**ffice ut æternum floreat ista domus.  
**S**emper Anhaltina surgant à stirpe nepotes:  
**T**e qui sincera cum pietate colant.

**ALIA EIVSDEM ARGV-**  
**MENTI ACROSTICHIS TRIME-**  
 tros Iambica, mixta hemistichio hepta-  
 syllabico dactylico, ἑτερόσιχτος.

**E**n filij septem, septemque filia,  
**N**ati vnico parente, binis matribus:  
**S**acri propago sacra septenarij:  
**P**ignora clara tori.

A ij

Illustrat

**I** llustrat orbem splendida sol lampade:  
**N** ec absque phœbi mundus oblectat face:  
**A** mabilis sic pubes in se regia

**S** emina lucis habet.

**I** n omne vitis ædium ceu fertilis  
**N** ectit latus plenos racemos nectare:  
**T** er sic beata vitis aluo enititur

**E** lleonora Duces,

**R** eginaphæbe noctis inter emicat  
**F** aces, Anhaltis inter costa fœminas  
**I** llustriores lucet, instar hesperi,

**D** iua corona chori.

**E** duxit inclytas domus colonias  
**I** llustris Ascanis duas, sed tertiam  
**L** ustrat triumphans inter alma cœlitum  
**V** irgo puella choros.

**S** ibylla iam parat coloniam,

**V** irtutis accensus lepore quam Comes  
**E** legit, Ascanis gener gratissimus,  
**R** emplicam colens bonorum fertilem:  
**A** nnue Christe toro.

**T** er ô, quaterque sorte felix Ascanes,  
**R** es experiris à Deo sic dirigi,  
**I** nter dapes virentibus ceu frondibus  
**V** t cincte diues gestias oliuulis,  
**M** uneribusque tori.

Perga

*P* ergamus ergo maximi natum patris,  
*H* ominum salute gestientem, vocibus,  
*A* c moribus vitæ remunerarier,  
*T* empus in omne, pijs.

Haba: 2. Veniens Veniet Iehova I Man VeL  
ser Vator noster, & non tar Dabit.

*W*olfgangus Amlingus pio gratulandi  
studio hæc canebat.

EN SPIRITAS INTER FIDEI LUCIFERA  
TRIVMPHAT.



EN LUCIFERA FIDEI TRIVMPHAT  
INTER SPIRITAS.

AKM 234

Manuscript of the "Deputatus" 1566  
written by ...

211







Q. H. 134, 24

X 1006436

X 6  
234

Gratulatio ευχαριστι.

IN NATALEM

SABINÆ, SEPTIMÆ

NYMPHÆ ANHALTINÆ, NATÆ

Dessauij VII. Idus Nouembr: horam inter

octauam & nonam Antemeridianam: Patre

illustrissimo Principe, ac Domino, Domino

IOACHIMO ERNESTO, Princi-

pe Anhaltino, Com: Ascaniæ, Dominoq; Ser-

uestæ, & Bernburgi: &c. Et Matre

Eleonora, illustrissima Heroïna

VVirtenbergica &c.

Anno Christi

M. D. X X C.

*Autore*

M. VVOLFGANGO AMLIN,

go, ministro Ecclesie Seruestanæ.



ANNO M. D. L X X X.